

Omni et Ami Dni. Quoniam Sede Episcopali Warmien. va-
 cante totum onus regendi Diocesim, simulq; Dominium tem-
 porale, illius Principatus transfertur in Capitulum, et Canonicos
 eiusdem Cathedralis Ecclesie, quae ex sua Situatione versatur in-
 ter plura discrimina, et idcirco eget pra alijs maiorem curam,
 et vigilantiam iuxta temporum Contingentias. Quae vero hae-
 tenus non uniformi norma provisum exhibet eiusmodi indigentia,
 et nulli certi constituti sint Sumptus; ex hac irregulari prae-
 cipientur plerumq; seu omissionis, seu excessivitate expen-
 sarum culpa, cum Successoribus Episcopis circa deductionem
 rationum perniciosae Controversiae, ac proinde circa Admini-
 strationem praesertim Civilem eiusdem Vacui Episcopatus
 irrepunt Detrimenta. Capitulum eiusdem Cathedralis Ecclesie
 provide in futurum prospiciendo, ut sub huiusmodi tempore
 orbatae Diocesis, dum ea magis est exposita periculis, magis
 quoq; ordinate in suo bono statu praeservetur, et ex aequo ipsis
 etiam Canonicis non ingratus sit labor et onus, quod eo tem-
 pore multiplex cura sufferre tenentur, Determinatam
 aliquam fructuum Episcopatum partem, nempe tertiam
 durante duntaxat Sedis Vacatione decurrendorum, eisdem
 Canonicis onus Administrationis obeuntibus assignandam
 esse censuit, et unanimi Consensu Capitulanter Statuit
 atq; decrevit.

Cum autem idem Capitulum Orator usq; ab ante Annis initijs
 supplicaverint huic Sacrae Congregationi, ut praefatum Statu-
 tum, seu Decretum Authentice Apostolicis Signaretur
 ad perpetuitatem roborare; et idcirco prehabita fuerit
 Episcopi Warmiensis, favorabilis Informatio super me-
 ritis eiusmodi petitionis, et super Justificatione circa eam
 narratorum; ulterius tamen bene visum fuit Sani Pa-
 tribus capendum quoq; esse, expectandumq; Nuntij Aposto-
 lici Poloniae Regni super eisdem expositis Sensus; cumq;
 ex inde pariter collaudatum, approbatumq; ipsius Nuntij
 Apostolici super addito calculo exhibent idem providum Ca-
 pitulare Sanctum; et ea propter iam immineret eius rei
 expeditio; prodijt inopinatus ex transverso contraditor aliquis,
 nescitur quis, et sub simulato nomine Procuratoris mensae
 Episcopalis Warmiensis, et futurorum Episcoporum, ne quidquam

Docto de huiusmodi mandato, divertit cursum ordinarium Iustitiae
 Distributo C. 34. Libello impreso, plurima in eo concepit, et co-
 mentatus est, se solo assertore et unico teste, quibus Capituli or-
 tonis exposita, et postulata in praememorata eius Supplicatione
 conatur improbare suo arbitratu refellendo ceu falsa, illa quoque
 motiva in Supplicatione Capituli Oratoris expressa, quae iam
 non solum Episcopi Varoviensis, sed etiam Nuntij Apostolici
 in prioribus Informationibus qualificata fuerant, plenius app-
 bata Iudicio, non tam de facili reprehensibili.

Praecipue vero idem Libelli lucubrator exorditur strepitose,
 clamando, quod Instantia, quae fit ex parte Capituli Oratorum
 non sine universali commotione animi Senatorum Senatus
 omniumque Ordinum Republicae ac Regij Ministerij audita fu-
 in Polonia, et ea propter rigorose injunctum existit, ut huius-
 iusmodi Instantiae loci visibus obsisteretur etc. et nominatim
 Publicis, et ex mente Sacrae Regiae M^{ajestatis} supplicaretur huic
 sacrae Congregationi pro rejectione praefatae petitionis, vel sal-
 tem pro dilatione, donec in currenti Dieta negotium serio
 tractaretur cum R^{omano} Nuntio per Speciales Deputatos Re-
 publicae, et valeat idem Nuntius Apostolicus novam et magis
 ponderatam dare informationem huic sacrae Congregationi
 auditis Dietae Deputatis et motivis, ex quibus in congrua dig-
 scetur gratia petita per Capitulum Aversanum, et nullatenus
 concedenda.

Eodem prima facie speciem aliquam ingerere potuit ta-
 Alti sonis verbis, exaggerata publicae commotionis, et turbu-
 rum hypotesis, quae propter ex circumsperta Eminentiae
 Orarum Cautella, quo restitutor esset iterum rescriptum
 fuit sub die 21. Novembris praeteriti Nuntio Apostolico
 pro Nova Informatione auditis interesse habentibus.

Verumtamen quam magis in altum auctor praedicti Li-
 belli extollit sua oppositionis assumptum, eo quoque magis
 lapsum graviolem eidem paravit, et enim R^{omano} Nuntio
 sibi ut supra Demandata Provinciae operam dare agg-
 totum negotium ad maturioris Iudicij trutinam revoc-
 et adhibito trium mensium abundantissimo tempore
 post plures Conferentias et Collogia multis literis hab-
 cum Senatoribus, aliisque Equestri Ordinis officialibus

ad

ad lectam specialiter deputatis et a causa negotiorum nomine
 Reipublice, tunc universim adunata in Generalibus Regni Co-
 mitijs, et in subsequuto Senatûs Consilio; ad tamen in tam longa
 frequentiq' occasione tractandi, versandiq' cum eisdem Magnatibz
 Regni, nusquam tam ante, quam post tempus exhibitû præfa-
 ti Libelli vox ulla ullumq' verbum prolatum, aut auditum fuit
 de hoc Varmisæ Negotio, nisi quatenus expressis met Admi Nuntij
 motu proprio illata fuerit de recensito contra Varmienses Ca-
 nonicos Libello percontatio et sermo. Summ. N. 1. Litt. C. D. et E.

Quinimo è converso intellexit eadem Admi Nuntius, quod pluri-
 um eorum, qui ex Regia designatione ad Episcopatus evocantur,
 conspirant vota in id fere, quod Capitulum Varmiense ex-
 petit, nempe ut S. Sedis auctoritate imponi possit aliqua nor-
 ma pro moderamine nimis enormis usurpationis fructuum
 vacantium Episcopatum, quos sibi alia illius Regni Capitula
 ex veteri praxi applicant. Summ. n. 1. sub. Litt. H.

Vnde clare conijctur, quod non exosa, aut exitiosa, ut præsumit
 contrarius libellus, sed potius optabilis esset, et proficua Poloniæ
 Ecclesijs moderatior reductio aliqua, magisq' reparatio regularis
 viciorum fructuum vacantium ad eius instar, quod pro se
 iuste decerent Capitulum Varmiense.

Quapropter cum Admi Nuntius prosus comperent, quod per-
 peram in memorato libello præcipua vis et ratio obsistendi
 postulati Capituli oratoris statuatur in præsupposito contra
 intentis Regis, et Reipublice, quodq' cætera etiam in eodem li-
 bello multo quidem verborum strepitu, sed rerum vane,
 cummutata subsint cum simili irrealitatis vitio, et vel in-
 competentè ad presentem casum applicentur, vel nimis
 à longe et à moderno statu rerum remota attrahant;
 explendo nihilominus ut par est iussa Ed. 48. super veri-
 ficatione expositorum, ipz quam convenientius fieri potuit
 per pensis recognitisq' ad omnia et singula Capita præ-
 missi Libelli totidem responsa veritati et æquitati consona
 lato calamo edidit, ut in secunda eius ad Ed. 48. remissa
 relatione Summ. n. 1.

Ex cuius toto tenore latè superq' liquet quod confiti metus
 et sinistra figurati motus universi Poloniæ Regni
 et in super Ipsius Regis quæ decantatur contraria mens

et voluntas tam male et frustra asperatur, quam bene
 redargui potest eius rei vanus commentator uti injunios
 dignissimi Regis alta menti, cuius non est desideria
 et uti injuniosus etiam Ipsius Reipublice dignitati, eam in
 grui deprimendo ad tantillum hocce negotium, in quo
 nulla Publica agitur, adeoq; qui tantopere obstrepit
 Reipublice preferendo offensionem magnamq; commota
 nem, nihil venius videtur agere, quam ingentes fru
 in Angusto vase exutare, et ut aiunt ad culicis morsum
 Herulem Invocare.

Et sane Dem Domus D. Nuntius ut magis probe, mag
 de condigno sentit de recta Regis mente, prae sumptan
 ex libelli sensu illius et Reipublice reluctantiã adven
 postulata Capituli Oratoris, Reo insubsistentem censet
 ut in re sibi presenti, et ipso in Reo coadunata Reipub
 peritus agnita sponsionem favore non dubitet, quod
 Ne serenissimus Rex, nec magna Senatorum pars de
 Yarmiensi negotio hoc quodquam audiverit. Sum. n. 1. l. 8. et
 Episcopus Insuper Yarmiensis, iamq; in eisdem Regni
 mihi renuntiatus Reipubes Polonie Primas, Primusq;
 post Regem Princeps, suis literis ad S. Y. ultime dat
 luulentissime fallacias eiusdem libelli contestatur, su
 dolenter detestatur ausum illegitimi adversus Capitulu
 contraditoris, quod non sit veritas, tam aliena a veritate
 caponere non habito respectu ad dignitatem Reipublice
 et quod majus est, ad huius sacri Cardinalitij Consequi
 majestatem. Ex quo inconvenienti promanavit alius
 quod per tot a dicto Contradictore obiectas remoras p
 clusa fuerit instantia Capituli Oratoris via Justitia
 qua omnibus patere debet Sum. n. 2.

Illud vero heu! quam gravaminosum accidit, quod p
 detectam refutatamq; inanitatẽ vulgati primo lo
 libelli, nunc iterum novo studio fallendi tempus e
 obtegenda veritati, velut arcano alio consilio, ad res
 laudandum coellationes contra Capitulum, obtruditur
 secreta aliqua scriptura, ut / presentimus non commu
 nicanda, capituli Defensoribus. vere nova praxis in ha
 Cur

Cura nondum recepta, siquidem veteri Stilo et Jure, circa huiusmodi Controversias in arena Judiciali non nisi aperto Marte et visibilibus Armis contenditur, utraq; parte pariter certiorata, et audita; non enim versamur in obsidione cuiuspiam Arcis, quae latentibus sub terra Cuniculis evertenda sit. Porro vetus effatum est, quod bona causa in lucem prodire vult, mala tantum latebras quaerit.

Hoc rerum State non videtur esse diffidendum Capitulo Oratori de Libenon ab hinc cursu, et ex inde de favorabiliori resolutione cause, cum in contrarium prorsus nihil rite iustificatum sit; cumq; abunde iam appareat, quod tota adversae oppositionis machinatio nullo valido nitatur fundamento, et non nisi substructa sit, vel insubstantibus suppositis, vel rationibus ad rem non pertinentibus, quaedum agnita sint, nullam mereri poterunt estimationem, aut valorem, ut-pote nimis ficta merces, et vana, atq; demum erubescenda ipsi met eandem expositori, quicumq; tandem is sit, eiusnamq; parte, et absque offensione ipsa diei posse arbitramur; quandoquidem ille cum lateat sub aliena, ac imaginaria Curatoris mensae Varoniensis Persona, quam sibi imposuit; non iam ipsum, sed eius dumtaxat umbram, seu tantummodo Cortinam, sub qua contegitur, haec reperussa iacula tangunt, quae vicissim rejicimus ex inevitabili necessitate Defensendi postulata, aliq; Jura Capituli Oratoris, et S. Capitularium, sincere tamen, et pro veritate tantum contra tam calidas ac resq; impetitiones oppugnantis Adversarij. Sed iam proceessimus longius, quam patitur ad perspecta praesentis Cause Iustitia et notissima veritudo S. S. apud quas ipsiusmet Cause merita magis valere possunt, quam privati respectus quorum cumq; interventorum, praesertim vero eorum, quibus nullum Jus, et nulla adest ad Ecclesiam Varoniensem auctoritas, nec aliud motiuntur, nisi ut diutius labente tempore Capitulum Orator fraudetur effectu sua petitionis, stat itaq; ad Ostium iterum pulsando ne amplius ex adverso praepediatur ei confugium ad Sacrum hoc Asylum Iustitiae, a quo nefas est quempiam avellere.

Ceterum sicut durante hac longa pendente causa, campo late patet adversantibus quilibet audendi, ita postea quam huic iustitio finis dabitur, si muti sopita erunt quaeunque dissidia, nec ullus alio animo erit, quam ut paratè servandè arbitretur, id quod auctoritate S. S. constitutum invenit, hoc in sensu est. Adm. Nuntius Apostolicus, idoneus censor eius re quam perspicue iam pro oculis habuit, prout in eadem relatione Summ. n. 1. sub litt. F. S. Primum omnibus.

Quare etc.

Dionisius Marchettus.